

EPISTOLAE VIVIS.
Ioannes Lodouicus Viues Domino
Pratensi, V. C. S.

Comitadore



AM pridem literas abs-
te nullas accipio, sed ego in-
te voluntatem tuam erga-
me summam & singula-
rem specie, non epistolas. Nuper tibi
& Cæsari scripsi, quas literas percu-
pio esse redditas, & ita esse spero. Me
podagra mea grauissimè diuexat, ser-
psit ad genua, ad manus, ad brachia
usq; ad humeros: aliquando erit finis
carceris huiuscē adeò miserabilis. Utis-
nam quandocunque erit, cum bona sit
Christi gratia. Iстic in comitatu Cæsa-
ris est adolescens quidam Constantius
Alamar, filius Quæstoris ciuilis Ant-
uerpiensis, quorū propinquis summope-
rè cupiunt ut is in familiam tuam reci-
peretur: & impetrarunt eam in rem li-
teras ab amicis tuis commendatitias,

¶